

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum**

**Fecht, Johann**

**Francofurti et Spirae, 1684**

**VD17 VD17 3:315948Z**

CXIX.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](#)

stra conati, digni in quos Magdeburgense statuatur exemplum. Noster autem; Statuite igitur, & quid in vos DEUS constituturus sit, expectate. Non enim ille vel minas vestras extimescit, vel potentiam reformat. Iterum ille: Cur autem, quæ Sturmio privata est cum D. Marbachio lis, eam vos communem facitis? Imo faciemus communissimam: & nisi nobis cessat Sturmius, pro uno Marbachio, viginti alios quatuor hostes habebit, quod vos ei renunciate liberè. Hochfeldus autem innocentem scilicet hominem excusans multa ejus dicta calumniosè ab adversariis detorqueri conquerebatur, hoc recente allato exemplo. Quod Volratus Mansfeldicus his ipsis diebus per literas cum eo expostulasset, quod ipse Rhetor, Illyricum, hominem Theologum, passim traduceret, in alienam messem injecta falce; cum tamen Illyrici nullam ipse publicam mentionem unquam fecerit. Rectè respondit Faber agnosco DEI judicium. Cur enim alios apud Magistratum clandestinae societatis & collusionis accusavit, qui tamen ab eo veriore indicio erant aliae? Sed hæc haec tenus. Datæ erant Theologis, ut ad alia accedam, disputandi partes; id oneris mihi Herus imponendum existimavit. Ipse enim jam tum non commodissime valebat, & M. Florus strenue repugnabat, qui tamen, ut hoc obiter, sed verè scribam, vestri honorificè & sèpè meminit. Mitto propositiones, jussus ab Hero, ut D. etiam Chytræ unum detur exemplum. Heri extrema fuit exercitatio, & spero, ~~quæcumque~~ mihi ab Auditorio dari potuisse veniam. Respondens est Pædagogus Collegii Wilhelmitici, juvenis egregia doctrina, & probatis moribus. In ceteris rebus nihil est novi, quod sciām, aut si est, cæterorum vos literæ docebunt. Has autem literas malū ad vos, quam vobis exemplo nihil mittere; judicabam enim de me, eas vobis non ingratas fore. Salutant vos Flinn. Flor. Faber uterque. Valete & festinationi ignoscite. Argentorato, XVI. Calend. Decembr. 1572.

Vobis ex animo

Johannes Pappus.

CXIX.

*Salutem in Salvatore, Reverende & Clarissime Vir,*  
*frater charissime.*

**A**d proxime tuas ad me exaratas, paucis & breviter, natus hunc tabellarium in opinatum, respondebo. Et primò quidem reverenter & officiose tibi ago gratias, pro insigni tua erga me humanitate & benevolentia, quam denuo in hoc decla-

tali,

raſti, quod per Reverendos Viros, Collegas tuos, fratres & Dominos charifimos, in promovendo negotio meo apud D. Consulem, ſollicitaris. Maximè verò, quod me & deinceps sperare benè, jubes. Huic iuſſioni tuae ego deinceps acquiescam. Cæterum de libro ſceleſtissimi transfugæ contra te impreflo (quia ultra has chartas, quæ continent prafationes duas, haec tenus nil vidi) Auguftam ad filium meum obedientem & charifimum, Joannem Wolfgangum, pharmacopæum, ſcripsi, ut ipfe mihi in hoc transmittendo gratificaretur. Hic inter alia his verbis, ad hanc meam petitionem reſpondit. De Blafphemis (ſcribit) apostata nostri, hæc habeto. D. Neupergero (eft is pastor Ecclesiæ Francifcanæ ibidem) de iſdem plane nil conſtarē. Adii ergo ipfem Biblioſolam noſtratem, nomine Willerum, ut ex ipfo perquirerem, num venales exiſtent; Is eadē nondum integrè absolutas, ſed adhuc Diligētæ ſub pralo eſſe, ſignificavit. & Authorem, jam per aliquot tempus ab iſtituto & incœpto opere, propter cauſas neſcio quas deſtitit. Tandem ſub jungit idem filius meus & inquit; Miror profecto hujus perversiſſimi & ſclerati hominiſ, pe- rulantem audaciam, qui (proh dolor!) non erubescit, tam eximia & ſpectatæ au- thoritatis virum doctiſſimum, ſuis convitiis & calumniis plus quam Diaboliciſ laeſ- fere. Sed (mihi crede) hujus ſummae temeritatis aliquando condignas dabit pœ- naſ. Habes, vir Clariffime, ex filii relatione, quantum mihi de eo libro conſtet. Ego tamen hodie reſcripti, ut à Willero mihi impetret tot, quo impressa ſunt, folia, ea poſtquam naeſtus fuero, ſtatim, ad primam oblatam occaſionem, tibi transi- tam.

Controversiæ inter te & Sturmium motæ expeſto, ſicut & ardentibus votis expe-  
to, ~~xomisq; in~~ lātam.

Qui rumores ſpargantur de laniana Gallica, ſi per negotia & valetudinem licue-  
xit, copiosius, rogo, ad me perſribito. Audivi ante dies 10. de ea copioſe diſſe-  
rentem, D. Tradelinum, Reipublicæ Auguftanae Advocatum, ex relatione D. Lan-  
gueti, Elektoris Saxonici oratoris & legati, qui tum temporis Parifiſis fuit. Ego fa-  
ne judico, præludiū fuiffe eam, ſubiecetur aꝝ interneſionis per univerſam Germa-  
niam. Bene & feliciter vale, Vir Reverende, frater chariſſime. Raptim, 16. No-  
vembriſ, Anno 72.

T. R. d.

*ſtudioſiſſimus*  
Ludovicus Rabus, D.

### CXX.

*S. in Chriſto. Doctiſſimi D. Magiſtri.*

M itto literas, quas ad D.D. Eccleſiarum & Scholarum Saxoniarum ſcripsi.  
Rogo autem, ut ſingulis vel ſaltem unum Disputationis exemplar addatis. Sic  
Kkk 3 enim